

Dialogus Quintus

**Rota hic ho-
minis ruinam**

amplius hō patrē suū spiritalē deū tenet amare. metuere. honorare. obedire &c. **I**te filius carnis canet ne aut offenda-
t aut vitupet aut p̄tristet aut debonestet patrē suū. **A**uet etiā &
se opponit ne ab alijs aut offenda-
t pater: aut vituperetur: aut
cōtristet. aut indigne agatur. **N**ec omnia multo diligētius de-
bet obseruare hō erga deū genitorē suū **Dominicus** Quor-
sum ista **Raymūdus**. **U**t palā videas hoīs ruinam. hō em̄
in eo statu in quo nūc lapsus iacet erga deū: nec amorē habet
nec timorē. nec obedientiā: nec humilitatē. nec subiēctōē. nec
confidentia. nec spem: nec credulitatem. **I**mo (qđ sine gemitu
nō audies) odit deū: & p̄temnit: vitupat: & in faciē eius supbi-
ens rebellē se illi & inobediētē: audacem: tumidūq; constituit

Dominicus. **H**inc reuera patz hoīs p̄ditio. corruptio. alie-
natio & sempiterna deiectio **Raymundus**. **P**lanius adhuc
patebit. **N**os videmus ad oculū qñ filius aut offendit. aut su-
pbit: aut calūniatur patrē suū carnalem: oēs eū & nequissimū:
iniustissimū: ingratissimū iudicamus: freneticū eū & insanum
dicimus. **R**ogita nūc quo iudicio. quo vituperio: quo suppli-
cio dignus sit qui patrem spiritū offēdit & mille iniurijs affi-
cit. **P**reterea si grauissimū crīmen est exaspere & p̄temnere pa-
trē potentē. diuitem. nobilē. sapientem: sine cōparatōe magis
delinqt qui regem oīpotentē & summe sapientē & optimū gen-
itorē deū aspēnāter habuerit. **Q**uid nūc tibi videt **Domi-
nicus**. **N**ihil aliud plane nisi qđ hō se habet ad deū sicut p̄ter-
uus & rebellis & supbus filius ad patrē suū. **A**tq; iō incurrisse
irā & indignatōem inextinguibilē dei patris oīpotentis. perdi-
disseq; oēm hereditatē: omnia bona: atq; infinitas diuitias illi-
us: nec iam posse sperare aut pacē aut regnū aut cōsortiū eius
magis aut p̄ijci foras & in carcerē sempiternū mancipari

Quē etiā lapsus hoīs potest ostē-

di ex parte iuris fraternitatis

Capitulum. xvi.

Raymundus **Q**uē hō in maximā ruinam ceciderit poteris
etiā aiaduere si ius fraternitatis inter hoīs p̄sideres
Si em̄ inter fratres carnales est tātus amor tāta vnitas tāta
germanitas: qđ nihil habeāt diuisum: nihil p̄prium. sed vnus

Capitulum xlvj.

alterum defendit. protegit. dirigit. auxiliat. et se in mortem obicit pro altero. Et hec omnia faciunt quia habet unum atque eundem patrem hominem a quo carnali generatione prodierunt. Multo magis homines quibus est unus pater spiritualis deus a quo omnes animae receperunt debent se diligere. tueri. auxiliari. et in mortem tradere propter animas suorum fratrum. Hoc enim vehementer deus pater noster videre desiderat. hoc approbat. hoc se plurimum delectat.

Dominicus. Nichil tale inter homines nunc reperimus. Et licet unum habeant patrem deum summe maiestatis et bonitatis dominum. unus tamen alterum persequitur. odit. execratur. et rapinis. fraudibus. iniuriis. adulteriis. parricidis. ludibriis. et mille nequitiis perturbat. conturbat. contaminat. et exterminat. Quia igitur omnis pax. concordia. veritas. iusticia. amor. misericordia et fraterna dulcedo inter homines perijt. ideo manifestissime patet hominem esse corruptum. lapsum. putridum. perversum. perditum.

Cecidit enim a statu spiritualis fraternitatis. a statu maxime dignitatis et glorie ad statum summe ignominie. summi vituperij et opprobrij. a statu vite ad statum mortis sempiternae. **Raymūdus.** Optime tu quidem. Reuera enim in morte anime cecidit homo: etiam etsi corpe vivat. Quia autem anima hominis mortua sit facile id probaui. Aliqua enim res cognoscitur vivere dum suas exercet operationes. si autem non operatur mortua est. Et quia homo non operatur in quantum homo (non enim amat aut honorat dominum deum suum: nec diligit fratrem suum) ideo secundum animam mortuus est homo. Preterea. vita anime est gaudium quod puenit de puro amore et societate dei: de vera quoque ad inuicem fraterna charitate. Ubi autem tale gaudium non est: ibi nulla anima viva est. mortua igitur est. Preterea. anima non sentit. quia non ingemiscit malum suum: suam corruptiorem. alienationem. perditionem. ideo vere mortua est et letheo poculo sopita. **Dominicus.** Ex isto luceclarius apparet animam sic mortuam et suis malis penitus absorptam: ad eterna nesciam festinare tormenta: nec unquam sese sentire posse nisi dum in medijs omnium penarum supplicij se inuenerit immersam. Sed dicito mihi obsecro: nunquid in tam miserabili et perditissimo statu optimus deus hominem a principio condidit.

Quia anima hominis mortua est

Q) dominus deus hominem non condidit

I iij.